



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Praxis Et Brevis Declaratio Viæ Spiritvalis**

**Palma, Luis de la**

**Antverpiae, 1637**

Regulæ quædam ad materiam examinis particularis eligendam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50934](#)

examen freri debere meridie & vesperi , intelligatur hoc tempore Exercitiorum. qua in re quisque more suo pergit , ita tamen ut neutrum omittat examen. Certum est , quod examen particulare exactius fiet , si diuerso fiat tempore.

*Regulæ aliquot ad materiam examinis particularis eligendam.*

**M**ateria examinis particularis , ut dictum est , reducitur ad tria Capita : quæ sunt , corrigere defectus , Exercitia spiritualia accuratè facere , exercere se in aliquibus actibus virtutum. Et quia Exercitia spiritualia multiplicia sunt , & quæque virtus aut vitium suos actus , tamquam diuersos ramos , habet , notandum est , non omnes simul sumendos esse , quod confusio nem pareret , sed materia talis , & ita determinata & particularis fit , ut singuli ita eam ad manum habeant , ut numerare possint vices quibus hunc vel

vel illum defectum commiserunt.

Conferet ad praxim, ponere exempla particularia in singulis tribus materialiis iam designatis, ut videbitur in catalogo sequenti.

*Materia examinis particularis  
circa defectus.*

**G**VLA. Primò, Foris, aut extra tempora, aut sine licentiâ non comedere. Secundò, Delicatiora, aut particularia sine euidenti necessitate non admittere. Tertiò, Non sinere se abripi gustu & suauitate ciborum, inter comedendum cogitationem ad aliam rem indifferentem diuertendo.

**CONCVPTSCENTIA.** Primò, Nihil habere, nisi cuius apud omnes communis sit usus. Secundo, Non habere nisi præcisè necessaria, quibusque carere nequeas. Tertiò, Non esse pertinacem aut importunum in petendo. Quartò, Nihil eligere, sed acceptare quod datur, paratum esse ad vilissima.

**CASTITAS.**

spe.  
tio.  
per.  
ttat  
nen  
fiat  
nis

vt  
ria  
us,  
e,  
u-  
il-  
yi-  
ra-  
es  
o-  
ta-  
n-  
vt  
nc  
el